 Atque gelu, et frigus; glaciesque, nivesque, diesque,  
 Noctes, lux, tenebræ, benedicite fulgura, nubes.  
 Omnis cælestem benedicat terra Tonantem,  
 Et superexaltet Dominum, ac in sæcula laudet.  
 Montes, et colles, ac omnia germina terræ,  
 Fontes, et maria, et benedicite flumina: Cete,  
 Quæque moventur aquis, omnes volucres quoque cæli,  
 Omnia bruta, greges, Domino benedicite Reges.  
 Israël hunc magnum Dominum benedicat, et Ipsum  
 Jugiter exaltet, nec non in sæcula laudet.  
 Vosque Sacerdotes Domino benedicite laudes,  
 Ac omnes Domini, Domino benedicite, servi.

O brüder d'füßle betruure  
 Set mid zu gott j'loset wruure.



Exemplar.

Deutero. 9. v. 9. 18.

Sperantes animæ Iustorum, humiles quoque cordes,  
Anania, Azaria, Misael Domino benedicant,  
Et superexaltent Ipsum, ac in secula laudent.

Laudemus Patrem, et Genitum cum Spiritu ~~sancti~~  
eorum.

Es Domine in firmamento caeli benedictus,  
q Et laudabilis, et superexaltatus in ævum. 37.

Epigramma

Anigmatium, festivum, votivum.

à R. P. Francisco Hauser die 3. Aug.

Plurima dum scandis manibus, pede scandere nil quis.  
Scandere verba potes, scandere ligna nescis humum.

Scandere Musa manu docet, at te scandere planta  
Iam vetat <sup>pedum</sup> acres, dicta podagra, malum.

Scandere quid digitis iuvat, at non scandere plantis?  
Scandere perge manu, scandere disce pede.

Scandere dum pedibus dediscis, scandere ~~disceis~~ pergis  
Mente polum scandens; scandere perge polum.

Protestatio P. Fortunati

Contra correctionem in verbo To pergis factam.

Tu correxisti (: quod falsum est) scandere pergis  
Mente polum, qui nec scandere mente scio.



Verius id cortexisses, meliusque fuisset,  
 Qualiter hexametri verba sequentis habent:  
Scandere dum pedibus nescis, fors scandere disces  
 Cum nec adhuc unum scandere mente gradum  
 Ad caelum nōrim: dic, quī ergo pergere possim?  
 Nullus pergit, qui non habet initium.  
 Nonne necesse prius, ~~quod~~, quōd caelum ~~scandere~~ discam,  
 Quā quōd praesumam pergere, quō nequeo?

Responsio R. P. Francisci 4. Aug.

Cur cortexissem versum: Fors scandere disces?  
 Scandere dum disces, apposuisse sat est.  
 Si falsum est istud dictum: tu scandere pergis,  
 Et falsum est: disces scandere mente possum.  
 Graecus non addiscet, didicit quae Graecus nunquam.  
 Graecus iam non es, Graecus eris ergo, vale.

Retorsio P. Fortunati 4. Aug.

Maior es à membris, ac toto corpore maior:  
 Nec visus minor, nec minor in studiis.  
 Maior es in graecis, et multo maior hebraeis,  
 Inque latinis es maior, et italicis.  
 Maior in Rhetoricis, et maior in arte Poësis,  
 Maior es in facto, maior et ingenio.



Hic bene perpensis verum est, sequiturque, quod hanc sis:

Et quod ego tantum parvulus fuisse sim.

Nam minor in cunctis ego sum, quod nemo negabit.

Hanc ergo vivas, fuisse ego moriar.

~~Sed minima nunc hanc cum per se videri videtur, sed hanc~~

~~hanc quod a talibus in universis est per se~~

~~hanc quod a talibus in universis est per se~~

~~hanc quod a talibus in universis est per se~~ \* ~~hanc quod a talibus in universis est per se~~

Responsio R. P. Francisci s. Aug.

Sic nos pergentes erimus sine fine legentes.

Hoc iam postremum nunc mihi carmen erit.

E Greco factor describitur esse Poëta;

Cur sim factor ego, factus et ipse Deo?

Est species quædam furti coniuncta nefasto,

Cum sim factus ego, factor avere, vocer.

Ego sic respon-  
ditem:

~~P. ad hanc~~

~~C. hanc~~

~~hanc~~

Consensus P. Fortunati. 6. Aug.

Si tibi sic placeat, postremum hoc esse poëma,

Et pariter mihi non displicet; hincque sequar.

Obstrictus sum, Te mihi tot fecisse lepores,

Et sat multa tuâ me didicisse manu.

Est in picturis quævis [a] punctura celebris;

Punctura in verbis dura, canina, mala est.

[a] punctura Miniatûr arbit



Pungere præmissis Fratri voluisse videbar,  
 Et Frater fratrem pungere visus erat.  
 At has puncturas statim deleuimus omnes,  
 Quod signum veræ monstrat amicitiae.  
 Ultra non verbis pungamus candide Frater,  
 Nam punctura isthæc cor ferit, atque nocet.  
 Atamen haud unquam censemus pungere: sed quo  
 Posthac pungemus, non nisi candor erit.  
 Ex hac candoris massa nocturne dieque  
 In mentes nostras spicula amoris eant.

## Horatianum

In honorem Plur<sup>i</sup> Rati Relig<sup>i</sup>mi et Clar<sup>i</sup> D<sup>n</sup>i P. Martini Buch  
 Prioris dignissimi

P. Fortunato Weber in signum gratitudinis die 7. Aug: 1748  
 fortunati in iglo Podagra malo oblatum.

Cum videam Reverende Prior Te pacis amantem,  
 Verum dico: Hæc est mea consolatio summa.  
 (a) Pax appello ego, bene in una sede morantur  
 Pax, et pacis amans; hoc experientia firmat:  
 Nam, quod vis, volo ego; et quamvis, quod ego volo, nolis;

(a) Pax. id est Friedl.



Atamen haud tristis tranquilla in pace quiescam.

Si sic omnis erit Tecum <sup>ut sacra</sup> Regula possit,  
Fraterna pacis requies florebit ubique.

Pax inter Patres ~~semper~~ semper regnabit, et inter  
Fratres, ac inter Conversos nullus habebit,

Quod pacem franget: mens multorum una manebit.

Quanta, alii dicent, hæc est concordia Fratrum!

Hoc Claustum Coelum est, ubi non nisi pacis amores.

Hoc sancto exemplo multorum pectora sensim  
Inflammabuntur; rixas, iramque refringent.

Quantus donorum de Cælo depluet imber

In cætum nostrum! Superum solamine quivis  
Affluet; et sacra vivet comitante catervâ.

Et quando tandem tali mors lumina claudet,  
Letus obit, nec non in sancta pace quiescet.

Ast operum quis erit tantorum causa bonorum?

Tu Reverende Prior, Tu maxime pacis amator,

Qui raro exemplò traxisti, aliosque vocasti,

Pacificis spondens tua munera, sponsa dedisti.

hini Buch

Aug. 1748

nolis



Deut. 24. v. 14.

Ipsus enim testor: nostrâ durante podagrâ,  
 Plures affectus me iam sensisse Paternos,  
 Quam quod dignus eram; reddat Rex ille colorum.  
 Vive ergo innumeris, æternis vive triumphis,  
 Nec morbus, nec mors unquam tua viscera rodant.  
 Scis cur in presenti Heroica Carmina scribam?  
 Pro Magnis tantum decretum est tale poema.  
 Quare cum Tibi sit verè dilectio magna,  
 Magnaque Te deceant; Te carmine honoro.

Urit maturè, quod vult urtica manere:  
 Et Rosa maturè se probat esse Rosam.

hoc pentametrum addidit P. R. P. Barlaam Pfeiffer Franciscanus Min:  
 Reformatorum p:t: Vicarij in Kenzingen 7. Aug. 1748.

Attestatum pro Benedicto Hele Pharmacopola  
 quod primùm 7<sup>mo</sup> Augusti hic inserui. a. 1748.  
 in mero Carmine consistens.

Notum sit cunctis lecturis hæcæ patientes: quòd Benedictus Hele  
 patriâ Regione Suerus, artem apothecalem doctus, Tonsoꝛq; peritus,  
 in prisco et celebri claustrò sub nomine Divi Ettonis, menses viginti  
 quatuor, uno continuo, fuerit Provisor Pharmacopœi, nec non Con-  
 ventus Tonsoꝛ. Quo tempore cunctis, pharmaca miscendo, barbas



## exempla

venasque secando; et collectando per vallas, prata, per hortos,  
 difficiles lectu radices, gramina, flores rite satisfacit, plenèque;  
 ut longius eius servitium nobis gratum, acceptumque fuisset.  
 Verùm cum fortuna aliò compellat abire, atque ita dimitti;  
 et, qualem se gesserit, oret, ut nos testemur: moti rationibus,  
 æquis annuimus precibus, nec ei dimissio tantùm concessa est,  
 verùm et testes damus hæcæ patientes grati servitii, morum,  
 vitæque probata. Insuper et quemvis, quo fas est, more  
 modoque posimus (in simili spondentes mutua casu :) et dictus  
 Benedictus Hele, quo perget, ob artem, quam geminam callet,  
 sit comendatus ubique. Dabantur in Monasterio Divi  
 Ettonis, vulgo Ettenheimmünster, Ord: S. Benedc: in Brisgoia  
 Diæcesis Argentinensis die 20. Mensis Januarij 1734.

(L.S.)

Antonius Steinhauer  
 Prothofcriba ibidem.

## Epitaphium porcini hominis.

Vera canam, at spurcis sit quæso licentia verbis,  
 Abs quibus haud ullus rem valet exprimere.  
 Effrons tot crepitus alvi de ventre dedisti,  
 Quot non miserunt singuli in orbe canes.  
 Tantâ vi coram quovis pedendo tonasti,  
 Ac si terrarum machina scissa foret.  
 Ante, et post quamvis horam ventrem exonerasti,  
 Visus nulli alii cedere velle locum.



Ante, et post quamvis mensam secreta petisti,  
 Isthaec foeda tuae delicia fuerant.  
 Haec tua vita fuit: Dormire, vorare, cacare.  
 Per totam vitam, non homo, porcus eras.  
 Hinc non es dignus sacrum retinere sepulchrum;  
 Porce volutabrum sit tua digna quies.  
 Foetidus iste fimo <sup>Apprecatio</sup> porcus requiescat in imo  
 Ne nostris maneat naribus acer odor.

---

Epistola ad R. D. P. Bernardum Knöbel  
 Parochum in Schwaighausen.

Salve Schwaighusii Rector, fidissime Pastor  
 Devotique gregis spes veneranda tui.

Nominis ad festum sanos mille apprecor annos  
 Dent Superi, ut, quae vis, ad tua vota fluant.  
 Tot bona pro modico transmitto munere vota,  
 Mundus quotquot apes, aethera quotquot aves,  
 Quot totum pelagus guttas, quot littus arenas,  
 Totaque quot tellus gramina, grana Ceres,  
 Quotq, feras sylva, quot cuncta arbuscula frondes,  
 Quot frondes folia, et quot folia ipsa fibras,



Deut. 30. i. Jofue. 6. v. 25.

Pasceatua Fidelitas.

239.

Quotque aër atomos, quot corpora cuncta capillos,  
Et quotquot stellas vastus olympus habet.  
Pro merita Tibi laude Chriam fabricare volebam,  
Deficiente Chria spondeo Sacra tria.

Interea maneo fraterq, Paterq, fidelis  
Fortunat Weber servus amice tuus.

In Divi Ettonis iucundo hæc carcere scripsi  
Melliti Abbatis dum celebrata dies. 1747.

Post scriptum:  
Ad Sanctum Gallum nuper hæc tria disticha misi:

Quæ luna alternum possis  
cognoscere cursum.

Quando decrescit, fit luna parenthesis instar,  
Dum fit claudatur, crescere luna solet.

Antidotum contra formosas, ne violeris.  
Per nimium patulas intrat mors atra fenestras,  
Fæmineæ forma lumina clausa tene.

His notum sit, qualis sim, ~~quæ~~ tantusque poëta.  
Sunt, qui me miserum proclamant esse, poëtam,  
Sed malè: qui nullum me facit, ille venè. hæc ad S. Gallum.

Ut dubium tollam Postscriptum pono secundum:  
Non reputes fictas, veras tres offero Mijsas,  
Nam benefactorum sum memor, usque necor.



<sup>240.</sup>  
*Exempla.*  
*Ruth: 2. v. 16. 1. Reg. 16. v. 16. 2. Reg. 17. Chusai nuntiavit Davidi q̄ suos sacer-*  
*doter, ne interficeret, ab Absolone. v. 15.*

*Postscriptum tertium.*

*De sancto Landelino duo Cantica mitto*  
*Ut magis illius promoveatur honor.*  
*Qua rara, et proba sunt, novi Te semper amasse,*  
*Hinc precor, haec pariter sint in amore tuo.*  
*Rara quidem non sunt, tamen illa nec improba dices,*  
*Quaeso ergo haec doceas hos, aliisque tuos.*  
*Mercedem Sanctum magnam Tibi crede daturum,*  
*Te, totamque tuam proteget ille domum.*

*Approbatio generalis*

*omnium meorum versuum:*

*Non credo à quovis stupido tyrone poësis*  
*Carmina posse cani simpliciora meis.*

*Propria confessio*  
*optima probatio.*

---

*Epigramma, et Epitaphium Martialis lib: 9. Epigr: 23.*

*Sit tibi terra levis, mollique tegaris arenâ*  
*Ne tua non possint eruere ossa canes.*

*Martialis lib: 9. Epigr: 27.*

*In Philomusum, applicativè in multiloquū blateratorem.*

*Arte tuâ semper cœnam Philomuse mereris.*  
*Plurima dum fingis, sed quasi vera refers.*



*Arctus*  
Dand. 30. vi. di. 7. Ruth. 2. a. v. 8. ad 13.

Tolle tuas artes, hodie coenabis apud me,  
Hac lege, ut narres nil Philomuse novi.

### Conflictus Poëticus

Inter R. P. Basilium Balthasar Jan-gallensem, et P. Fortunatum  
Weber Ettonianum.

Copia Postscripti à P. R. V. Pirminio Wille. Economo in Ebringen, et  
ad S. Gallum professo ad me dati. A. 1746. Mense Decembri.

*Postscriptum.*

R. P. Blasius Hildebrandus Archimagirus noster, ob Nuntii Appo-  
tolici praesentiam tot vigilis tandem fractus, cum Dnus Nuntius mane  
discederet è Sancto Gallo, prater omnem spem, et omnino à somno victus  
adhuc dormivit, cui noster B. Basilius Balthasar sequens conce-  
nuit Epigramma:

Archimagirus ubi? sonipes stat. Nunc abit hospes;  
Et iam discessum est. Archimagirus ubi?  
Nempe tenent pluma, largoque sopore ligatus  
Ronchorum ducit Jesquipedale melos.  
Archimagirus ubi est? absque hospite nulla culina est.  
Haec iacet, et iacet hic, Archimagirus ibi est.  
Aut sapor, aut sopor est, quod habet, sors pinguis utrinque est.  
Vel favet, et sapor est: vel favet, et sopor est.

Epigr. 23.

em.







at 20. ad fin.  
v. 21. c. 1.  
v. 22. c. 1.  
v. 23. c. 1.

*Ita. mif*  
Judicial. 3. v. 17 ad 2. 4. v. 21. c. 8. v. 21.  
- 15. v. 32. 33. c. 31. v. 4. 2. Ra: i. v. 4 ad ii. c. 2.  
j. a. v. 10. Di 3. c. 9. a. v. 30. ad fin.

243  
ad 55. c. 16. v. 2. c. 19. v. 26. p. 2.  
2. 23. // c. 18. v. 14. // 3. Reg. 16. v. 28. // 7. Reg.

v. 63. c. 10.  
nat in ca.



P. Fortunati Crisis jma  
Contra dictum Epigramma.

Miror particula Est cur sit tam grata Poëta?

Hic enim in octavo cernitur esse gradu.

Versibus hæc octo Est, quatuor deme Archimagiros,  
Vix, quod de reliquo carmine restat, erit.

Et quamvis carpta hæc tibi cedam, ac demere nolim,  
Attamen est sensus pauper ubique tuus.

Cum tibi, quo pungas desit, sit Crisis acumen,  
Quo pungo, ut posthac his meliora canas.

R.P. Basilii refutatio.

Ex Martialis lib: 2. Epigr. 7. mihi 6.

Declamas belle: causas agis Attale belle.

Historias bellas, carmina bella facis.

Componis belle mimos, epigrammata belle

Et belle cantas, et saltas Attale belle: Bellus gramaticus, bello  
es astrologus.

Bellus es arte lyrae, bellus es arte pileæ.

Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle,

Vis, dicam, quid sis? magnus es ardelio.

applicatio.

Miror vox belle cur sit tam grata Poëta

Hic in septeno cernitur esse gradu.



Ulfionis actus.  
Judicum c. 16. à v. 28. ad 31. // 2. Reg. 3. v. 26. 27.

245.

Hæc septem belle, bellas, et demito bella  
Et bellus; superest: magnus es ardelio.

P. Fortunati Crisis 2<sup>da</sup>  
contra primum Epigramma.

Ob nimium Est, est, est, quatuorque hinc Archimagiros,  
Obque nimis durum sesquipedale melos:  
Obque soporem bis positum, totiesque saporem,  
Omnes clamabunt: hinc Sapor omnis abest.  
Ne tamen offendat, iam sic mea penna recantat:  
Seria si reputas dicta, iocosa scias.

R. P. Basilii refutatio.

Obnimium est, est, est, quatuorque hinc Archimagiros p  
Ex Martialis: lib. i. Epig. 20. mihi 19.

Si memini fuerant tibi quattuor Alia dentes,  
Expuit una duos tussis et una duos.  
Iam secunda potes totis tussire diebus  
Nil isthic quod agat, tertia tussis habet.

Ne tamen offendat, iam sic mea penna recantat p  
Ex Martialis: lib. i. 2. Epig. 47. mihi 38.

Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem:  
Non possum tecum vivere, nec sine te.



246.  
Z. Reg: 3. à v. 28. ad 32. // quia Athalia ppter occisum filium Ochozia filios  
regis Joram occidit 2. paral. 22. ideo et ipsa fuit occisa 2. par: 23.

P. Fortunati responsio. 24. ~~Aug~~ 1747.

Non ego cum priscis infirmus pugno Poëtis  
Sed Tecum solo res peragenda venit.

Aprilis

Ex Martialis lib. i. Epigr. mihi 74.

Cum tua non edas, carpis mea carmina Leli,  
Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

At nunc in tono molliori:

Post geminos annos iam bis sex compleo lustra  
Ac primum per Te scribere disco bene.

Ultra nec verbum scribetur, nullaque crisis  
Contra Te tantum carminis arte Virum.

Ignoscas igitur, veniam concede precanti,  
Nam nimium iusto tunc jovialis eram.

Semipoëta iacet, plorat, culpamque fatetur,  
Atque tuo victas porrigit ense manus.

Jam luxum satis est, claudatur scena Poësi,  
Aggressor valido vulnere laesus abit.

Applicatio ex Martialis lib. i. Epig. mihi 90.

Cum tibi sit Sophiae par fama, et cura Deorum  
Ingenio pietas nec minor ipsa tuo;



Inimicitia  
 Ignorat meritis dare munera, qui tibi Lauros,  
 Et qui miratur, splendida sceptrā dari  
 Tanquam Musarum Regi s.

R.P. Basilii rescriptum.

Fortunate senex! quas de te spargere laudes,  
 Quid potero magnum dicere? maius agis.

Quid iuvat ex amplis virtutem discere Libris?

[a] Litera virtuti sufficit una tua.

Sic magnus Thomas, cum quondam ex lege referret  
 Vocem, correctus corrigit, error erat.

Quidve refert, inquit, sit vox vel longa, brevisne?

Si sit mens humilis, gloria pondus habet.

Hoc agitas; quid vox? quid litera, quid? nihil illud.

Error quid callami? res probat ipsa virum.

Res est salva! virum te fortunate probasti:

Hoc maior surgis, quo minor esse cupis.

Fortunate senex! tibi digna haec figo trophaea:

Sunt bona, quae scribis; sed meliora facis.

[a] Litera s pro una litera debita aliam in praecedentibus  
 per errorem posui, ad quam hic alludit.



248.  
j. Reg. io. v. 29.

Inimicitia actus.

P. Fortunati retorsio

contra proximam panegyrim ipsi iniuste applicatam.

Laudem, quam mihi das, omni tibi iure reserves.

Dedecus, atque probum sunt mea laus, et honor.

Quare cum nostro syncerè dico (a) Poëta:

Quæ tua sunt, tibi habe; quæ mea redde mihi.

Gloria, laus tua sunt, isthæc tua facta merentur:

Et mea sunt, repeto: dedecus, atque probum.

Iam tua cum mihi des, nimirum laudem, et honores,

Osorem laudis te celebrem esse probas.

Hinc nolo ob laudem non iustam iniustus haberi,

Do tibi, quæ tua sunt, et mihi seruo mea.

Me laudare cupis? tali me tempore lauda,

Cum consummatum dicitur esse meum

Vitæ opus; et quando partâ certamine palmâ

Leto cum plausu victor ad astra vehor.

Nunc fixum est, nostræ sit ianua clausa Poësi.

Carmina nam mea sunt inscia, dura, nihil.

Cum fors post modicum vocor ad commune tribunal,

(Miror enim iam tot me numerasse dies.)

[a] Martial: lib. io. Epigr: mihi 47.



9 Feb: 1759 S. Apollonia V: et M:  
Qui se subtrahit ab obedientia, ipse se sub-  
trahit à gratia: et qui querit privata, amittit  
comuniam. Im Xti. Is cjs

Obedientia  
pro inobedientibus



*S. Bernardus*



Quid respondebo, si talibus aurea perdam  
Tempora, pro lacrymis, proque salute data?

Quapropter rogo te, monita ista capesse sequenda,  
Ethnica sunt equidem, sed quoque Christicola:

[a] Parce precor lasso, vanosque remitte labores,  
Qui tibi non prosunt, et mihi Galle nocent.

His bene si monui, bene: si male, corrige, cedam.  
Sed tu carminibus cede, sileque novis.

[a] Martial: ad Gallum lib. 10. Epigr. mihi 70.

R. P. Basilius respondet

per epistolam soluta oratione scriptam,  
quam claudit his verbis:

Cum exercitium Poeticum tam serio disuasaris, en morem  
gero, sed dico aperte:

Quaeso tua nondum claudatur scena Poësi.

P. Fortunatus ultimo respondet:

Ne rogo mireris nostro de paupere Pindo  
Paupera si posthac carmina nulla leges.  
An non prudenter suspendimus organa nostra,  
Cum plus, quam fari, conticuisse iuuet?



250. ~~1<sup>mo</sup> Aug. 24. 2.~~

Inimicos diligere, illis benefacere.

Nam quis cum tali possit certare Poëta,  
Qui, quot Metra canit, tot quoque mira facit?  
Vel scribas, ut homo, et cesses miracula patrare,  
Inque tuo Versus conde, reconde sinu.  
Aut eris Octavum toto miraculum in orbe,  
Docta enim in octavo sunt tua scripta gradu.  
Sed quid in octavo si mundus te gradu adoret?  
Fors in morte voles, nullum habuisse gradum.  
Si tamen haud animæ noceat, profitque saluti,  
Lætor, te unum omnes Octo tenere gradus.

Applicatio ex Mart: l. iq. Epigr. mihi 172.  
Tantum magna suo Balthasar Galli atria debent,  
Quantum parva suo Mantua Virgilio. 28. julii 1747.

Epigramma

In impios Christianos occasione apri à venatore prostrati, qui  
super eodem stat.



Victoris pedibus se se subiecerat hæc sus  
Sic vitiorum omnes sternere quisque suos



<sup>a. Aus.</sup>  
1. Reg. 24. à v. 5. ad 12. c. 26. à v. 7. ad 12. // 2. Reg. 1. v. 17. ad fin. c. 4. v. 8. ad finem.  
2. Reg. 16. noluit David, ut sibi malediceret, interficere; // 4. Reg. 6. Eli / eg  
suis hostib; iubet dari cibum et potu v. 18. ad 24.

Debet christicolus, vel certe vivit is, ut sus.  
Hinc ut non sit sus, vivat ubique pius.

Zu Trübs:

Wie Jesus Christus pflegt, die Taub mit untrüglichen,  
So sollst du auch mein Christ die Taub der Sünde besigen.  
Lass nicht auf das fließ, auf Gott allein dich setzen,  
Dauert erbrüst du dasin gleichwie ein wilder Taub.

## Principia Benedicti XIII. Pontificis Max.

Fide Deo. Dic sæpè preces. Peccare caveto.  
Sis humilis. Pacem dilige. Magna fuge.  
Multa audi. Dic pauca. Tace secreta. Minori  
Parcito. Maiori cedito. Fertio parem.  
Propria fac. Non differ opus. Sis æquus egeno.  
Parta tuere. Pati disce. Memento mori.

Zu Trübs.

Träu Gott: bitt offhormast, und gebt dich der Sünden  
Lass dich in Demüth stalt, und friden liebend finden.  
Bist sofr Ding; für dich, und wden ewig Träin;



Kropfforig die Frunlichheit: Kropffor dem, der Leben:  
 Aud gib dem geöfferten uach; Krotzags Dinstb glöckse.  
 Zu stalt der Dinnige; lass krus zeit Krotztriefou,  
 bis du dieu vach Krotztrief. Hilf aquum in der uoff:  
 halt, was du fast: und lögd gedültig: Druck an Gott.

Extract Zinbung dem 25. Augusti 1743.

Ein Fürstlicher Bruders, bevor es desertierte, satte auf  
 seinem Tisch die Vers hinterlassen:

Nil soldzög sügend byschwäselich  
 Batallion gefüselich;

O. Halar sügend zülönig  
 Adieu miru lieber König.

Versus cum suis elisionibus:

Taur, anabranqu, apapragh, acovurs, acoporc, equith, hircum.

id est:

Taurum, anum, (1) abram, anquem, apem, aprum, agnum,  
 (2) acim, ovem, ursum, (3) acum, (4) opim, (5) orcã, equum,  
 (6) ithym, hircum

Vidi coniunctos, ac amor inter eos

Immensus fuerat, quod erat mirabile visu.

Rideo, si credis, quæ mera ficta vides.



Si verò haud credis, vel si mea carminacarpes,  
Os tibi sic tundam, ne tibi dens doleat.

(1) abra fin haurer Jungfer.

(2) Acis fin Tofu niurb Wald-gottb.

(3) Acus. ci. fin Mroffig mit einem lang = stitzigen Kopf.

(4) Ops. is. In Saturni crib. vide Cybeles.

(5) Orca. fin wassfiff.

(6) Ithijs. ys. fin fressen.

Sponsio facta est inter duos, quinam plura animalia  
in unum versum possit cogere?

Primus ait:

Millia mille sues, ter millia mille leones facit  
4000000

En tot sex metris entia versus habet.

Secundus ait:

Hosce sues omnes, hos consumpsere leones

Millio myriadum, millia mille canum. facit: 1.000.1000000  
Subtrahere „ 4000000

restant: 9997000000 canes.

tot enim canes plures sunt, quam  
sues, et leones.

Una Myrias facit 10000  
id est decem millia.

Aliud. Primus:

Millia mille sues, in quovis millia musca

Secundus

Quadruplico muscas, quadruplicoque sues.



254.

2. Reg. 6. v. 16. et 20. 14. Reg. 2. v. 23. Euseo illuditur.

Distichum quatuor verbis consistens:  
Conturbabantur Constantinopolitani  
Innumerabilibus sollicitudinibus.

---

Quasivit unus ex altero, quid faceret ipsius filia?  
respondit alter:  
Filia sub tilia mea net subtilia fila.

---

Postquam Iesuitæ in Gallia sublato à foribus Collegii  
Nomine IESU Regis insignia eius loco apposuissent,  
Pasquinus dictis foribus sequentia affixit:  
Sustulit hinc IESUM, posuitque insignia Regis  
Perfida gens, alium non colit ista Deum.

---

Cùm Rana clamore suo scholas Gymnasii multum infestasset,  
unus Poëtarum sequens distichum ex tempore protulisse  
fertur:  
Rana coaxando studiosa quid agmina turbas?  
Ni subterfugias mox desieris, Bartholomæus eris.

---

In honorem Theresie Reginae Hungariae et Bohemiae  
A. V. 1790. de venerabilibus Viris Doctoribus  
G. A. C. de ...  
V. ...  
...



2. Reg. 6. v. 23. // 4. Reg. 2. v. 24.

*Insipidum rana gustum.*

In honorem *Theresiae Reginae Hungariae et Bohemiae*  
a<sup>o</sup> 1746 de *Genuensibus victoriosa.*

Gen Va fLeCte genV, ■■■ fastVs aCConDe IVbatoS.  
VICtrICI aVstrlaDI Gen Va fLeCte genV.

*Epitaphium*

Lapidi sepulchrali *Plm R. Pranob et Clariss<sup>imi</sup> Dni Francisci*  
*Sigeberti Dornblueth Ven: Capit: Salmg: Archipresbyteri in-*  
*cisum. Poeta alludit ad ipsiq insignia tres Rosas sine spinis con-*  
*tinentia; moraliter ad eximiam illius mansuetudinem. 1736.*

En Rosa Defossa est, laCet haC SIgebert Vs In Vrna:  
PVngere non potVIt, naM sine Vepre fVIIt.

a<sup>o</sup> 1700. Venit Generalis Soc: Jesu ad Leopoldum  
Imperatorem hanc Chronologicam faciens supplicationem:

ConCeDe paneM.

respondit Imperator:

ConCeDaM;

Et sic unico verbo Caput omnium Jesuitarum superavit.

*Versus ingeniosus.*

Nate mea Romam, ne mea nata, suam.

id est

Fili vade Romam, et tu filia acu neas, ego interim suam calceos.



Cum Hannibal Romam expugnaturus ante portas  
Civitatis jam jam venisset, Romanis hunc versum  
misit:

Te Te Ro Ro Ma Ma Nu Nu Da Da Te Te La La Te Te.

id est:

Te tero Roma manu nudâ; date tela, latete.

Die 16 Augusti 1748 P. Fortunatus

R.P. Francisco his dicit salutem:

Laudibus in Sacris hodie cum voce placeres,  
Præcipuo affectu Te statui colere.  
Si semper simili sic perges psallere voce,  
Cor facies, nostrum quod fuit, esse tuum.

R.P. Francisci responsio.

Si mihi sic carmen, sicut tibi vox, placuisset,  
Maiori affectu te venerarer ego.  
Verum, crede, magis fecisses tu mihi gratum,  
Si visses vocem si pupugisse meam.  
Versibus in vestris clauda est sententia rectis,  
Nostro in claudio mens carmine recta subest.

Responsio P. Fortunati.

Omnia, quo scribo, carpis, mordaxque refellis,  
Necque fidem verbis vis adhibere meis.  
Cunctis, quæ bona sunt, me te pupugisse recenses,

~~\_\_\_\_\_~~  
In quo me culpas nunquid id ipsus agis?



2. Reg. 6. v. 6.

*Temeritatis actus.*

257.

clauda est sententia dicis.

*Quæ male supponis, ~~errare non potest~~  
Erras, nam semper mens mea recta fuit.*

*An non sat duras hoc est infigere morsus,  
Dum mentem rectam ~~aperire~~ claudere liber ais?*

*Sed scis quid faciam? Posthac mea penna filebit,*

*Te, quantumque voles, carpere scripta sinam:*

*Sic stabilitur pax, quæ iam titubare videtur,*

*Si tibi non firma est, est ea firma mihi.*

*Sique, quod haud credo, contra me Acheronta movebis,*

*Verus nulla meus bella movebit amor.*

---

*De Vita hominis.*

*Vivis? vive Deo, nam mundo vivere mors est.*

*In vivis vera est vivere vita Deo. Nieberle fer. 5. post Dom. XI. Pent.*

---

*Epitaphium*

*Andree Presbyteri cuiusdam, qui unice in deliciis habuit, anguillas,  
(id est: Aal:) comedere.*

*Gaudent anguille, quod tandem mortuus ille*

*Presbyter Andreas, qui comedebat eas.*

---

*De Miseria hominis.*

*Unde superbit homo, cuius conceptio culpa,*

*Nasci poena, labor vita, necesse mori?*

*Post hominem vermis, post vermem faetor, et horror,*

*Sic in non hominem vertitur omnis homo.*

*R. P. Nieberle fer. 2. post Dom. 16. Pent. n. III.*



258.  
2. Aug. 6. v. 7.

*Temeritatis pana.*

## De vitanda Venere.

Quid facies facies Veneris si veneris ante?  
Non sedeas, sed eas; ne pereas per eas.

Phœnix post Phœnicem, cum comparatione inter duos Augu-  
stinos exhibetur, dum R. mi. Prænobt. et Ampl. mi. Dni Dni Augustini  
in Monasterio Ettenheimmünster Abbatis Gratiol. mi. festum No-  
minis, die 28 Augusti 1748 ritu solenni celebratur: submissè  
aggratulante Ottone Josepho Hagios, et Carmen mutante  
Patre Fortunato Weber servis humillimis.

W iranda auditu iam de Phœnice profabor.

T ucnicus hic inter volucres pretiosior omnes

(a) id est: 660  
annis.

T ustris vix sex, et sexcentis insuper annis (a)

T ranquillus vivit; sic doctò Plinius ore.

A t, quia post dictum debet decedere cursum

A nnosus Phœnix, fertur post fata renasci,

C tque renascatur, focum odorum construit, atque

D ermina de arabicis arenis montibus aptat;

C allans se in tumultu hoc generosa fronte per ignem

S eponit vitam, partum expectatque futurum.

(b) Titan est Sol,  
Solem enim Abbas  
Ioannes in suis in-  
signibz præferebat.

T itan (b), et Phœnix primus, Præsulque Ioannes

I n terra Austriaca vix fata subivit, et ecce!



Regis 15 1125

**Z**ascitur ex propria Phoenix virtute secundus  
**C**nicus ex cunctis Patribus condignior Abbas.  
**S**i Nomen quæras, est AUGUSTINUS, et ipse  
**P**atroni Sancti verè fert nomen, et omen:  
**P**hœnicensis enim cœlesti flagrat ab igne  
**R**ipodes <sup>(c)</sup> grandi violantes crimine matrem,  
**E**c non ad Veneris turpissima castra volantes  
**I**mmenso nisu effrenata à carne retraxit.  
**X**antippes <sup>(d)</sup> odit, quæ non nisi bella movebant  
**P**acis amans nullas lites, nec iurgia scivit  
**E**t Verbo, et Scripto nocuos, factisque repressit  
**R**ectos firmavit, renuentes fulmine stravit.  
**S**ic noster Phoenix <sup>(e)</sup> flammis casti ardet amoris  
**S**et vitam ad mores novit formare Patroni.  
**C**ura ipsi est ingens pacem servare, nefandos  
**U**indictæ cupidos mellitis frangere verbis.  
**L**audes contemnit, quæ vis quoque mollia spernit,  
**A**d duros disciplina actus rite probatus.  
**A**tque probos adamat, sic pravos arguit, arcet.  
**I**n quibus est vitium, subtili id corrigit arte;  
**V**irtute omnigenâ accenditq, fovetq, clientes.  
**A**t iamnum sileo: nimio fulgore misellum  
**T**am AUGUSTUS Phœnix confundit mente poëtam.

tuos Augu-  
ti Augustini  
fam No-  
in uxore duxit.

submisit  
ante  
(d) Xantippe mu-  
lier rixosa.

(e) Rm9 D. Abbas  
Augustinus.

(a)  
e.  
cursum  
affi,  
struit, atque  
us aptat;  
ante per igne  
futurum.  
Joannes  
rit, et ecci



## Pia Vota leonina

Cum Vaticinio, quod Superi confirmant.

Quot clarescentes numerantur in æthere Mentēs,

Quot numerat bellas Deus alta in fornice stellas,

Quot glomerantur aves, quot portant æquora naves,

~~Quot mare fert nautas, quot et Hybla~~

(a) Hybla est  
mons Sicilia  
thymō, et a-  
romatis ab-  
undans.

Quot mare fert nautas, arbustaque buxæa flautas

Quot pratum flores, quot et Hybla<sup>(a)</sup> effundit odores,

Quot sacros Mystas, quot profert orbis aristas,

Tot, nunc, et canus vivas per secula sanus.

Es meritis dives, felicia tempora vives.

## Chronographica.

Non AVGVSTINI sVbltanea NVMINa torVō

DIsoLVant VItæ forfICE FILa sVæ.

MItes VIVE DIES Insignis PræsVL EthonIs,

En sVppLeX Venlo: spero reCeptVs ero.

## Epitaphium contra furiosum.

Hic iacet Egmondus telluris inutile pondus:

Dilexit rabiem; non habeat requiem.



Ein alter Pödager macht sich sein Schwäher plag ogungswäfer.

1.  
 Das Zippornla sig wint du fünf  
 Es ist wie glider boofou  
 zwölft Gauprot viferou zügloif  
 Hien nicht so gäffig stoufou.

2.  
 Dau direr inrosföta pfuortz,  
 van wief dor füb Hül booune,  
 Arotaribt mir allen gßaff, und pfuortz  
 Aud loset zu Gott wief noune.

3.  
 Doß hau in direr friffen brand  
 Dir gßaff nicht gar derlassen,  
 Man müß salt uns in solchem stand  
 Ein froß durch huchtwil fassen.

4.  
 Wie gott ob aber uniner Tool,  
 van direr brand Hül wütfou?  
 Blüß is? Aroffitte is das öfl  
 Müß Doß das zimmer fülou.







actus mali Consilij. 263.  
2. Reg. 16. v. 20. et 21. c. 17. v. i. ad 5. Achitophel Absoloni suadil ut deleret Davide.  
3. Reg. 12. v. 8. ad 12. // 2. Paral: 10. Pueri Robamo spulerunt crudelitern in subditos  
v. 8. ad 15.

In honorem R. P. Mauri Schnez  
Confratris mei dilectissimi.

Supplico, vos doctæ sterili date carmina Muse  
Ut verus dignos edere lingua queat.

Tu Reverende Pater, Confrater melles Maure,  
Suscipe, quæ noster cantat, et optat amor.

Inprimis miror ferventem in pectore flammam  
Qua tu quotidie primus inesse Choro  
Manè inflammari, qua Psalmos voce virili  
Decantas, et qua nos stabilire soles.

Si quis Confratrum cellâ concluditur aeger,  
Mox ades ut frater, sollicitusque Pater:  
Vixque diem tibi noctis patieris ad umbras  
Quo non solamen provide Maure feres.

Hoc ipse testor, nam me laniante podagrâ,  
Vidi Te socium semper adesse meum,  
Qui verbô, et factô solamina prestitit aegro,  
Totum servitius se dedit ipse meis.

Hinc meritò grandes Charissime concino grates  
Proquæ salute tua fundere iuro preces.



264.

Damna mali Consili.

2. Reg: 17. v. 23. 12. Paral: 10. qia Rex roborem malū gñitū scuitq̄ p̄g tributariis  
interfectis, si ipse aufugere debuil. v. 18.

Hoc opus immensum decuplō Tibi Numina reddant

Et quaecunque petis, det Tibi iusta Themis<sup>\*</sup>  
Cellam custodit Maurus velut auctor eremi,

\* Themis  
Dea iustitiae.

Non gaudet multis iungere se sociis.

O quantō Sacrum curat feruore tribunal,  
Ut cecis animis monstret ad astra viam!

Sacrae Scripturae studius affixus inhaeret

Arsiduē scribens, arsiduēque legens;

Nam quae Germanus vertit, Mauroque remittit,  
Haec Maurus pennā corrigit inde suā.

Quis neget huncce Virum pra multīs esse colendum,

Qui aegris, et sanis servit utraque manu?  
Laudes praetero reliquas, nec promere possem,  
Quas vellem, calamō deficiente meō.

Hoc unum dico: Nostrum es verē utile fulcrum,  
Hoc fulcrō, certum est, multa ruente cadent.

Hic spes ergo diu nullo non tempore sospes,  
Et maneat socius flagito Maure meus.

Ita cecinit

qui se demississimē commendat  
indigny Confus P. Fortunatq̄ Weber  
die 3. Sept. 1748.



Camillus Querna insignis Poëta = cum Leoni Pontifici  
maximo prandenti aspiceret, ac more suo versus binos  
facere vellet, sic coepit canere:

Archipoëta facit versus pro mille poëtis.

Cumq; altero Versu parumper moraretur; subito eum praevenit  
Leo versu sequenti:

Et pro mille aliis Archipoëta bibit.

Querna peccatum suum emendare anhelans ita pergit:

Porrige, quod faciat mihi carmina docta, falernum.

Cui Pontifex ex Virgilio respondit:

Hoc etiam enervat, debilitatque pedes.

Camillus: Haud potare sinam, frangantur mensque, pedesque.

Leo: His contractis non ibis ad ima, rues.

---

De Pio V. Pont: Maximo.

Papa Pius quintus moritur; mirare, tot inter  
Pontifices tantum quinque fuisse pios.

---

Mecenas iuvenem Poëtam Avium sibi factum ita alloquitur:  
Quomodo vales bone juvenis? cui Poëta:

Non bene Mecenas valeo, quia me sine conas.

Mecenas: Accipe mille scudi, rodere meque ~~scudi~~ cave.

Poëta: Jam bene Mecenas valeo, modo me sine cones.

Nec rodam, quoties das mihi mille scudi.



266.  
2. Reg. 16. v. 22.

Si nisi non tuleris, quod non nisi continua gignit,  
Decretum est, nullo tempore saluus eris.

Scandalizantes artus.

### De Verbo NISI.

Si nisi non esset, perfectus quilibet esset,  
Pauci sunt nisi, qui caruere Nisi:

Quo NISI non habuit, fuit unica Virgo Maria,  
Natus ut hanc rejeras, tollere discere NISI.

R. P. Nieberle sabbato post Dom: 17. Pent. n. III.

### De Vanitate Mundi.

Delicia mundi quid sunt? = ~~quid opes? quid honores?~~  
Bulla maris, Somnus, fumus, inane, nihil.

Authore Dño Francisco Josepho Ringwald  
Kingsheimensi.

### De temporis iactura.

Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum:  
Rex poterit rebus succurrere, nemo diebus.

R. P. Nieberle fer. 6. post Dom. 18. Pentec. n. I.

### De Nihilitate hominis.

Quid sim, quid fuerim, quid ero, si mente revolveo:

Invenio me nil esse, fuisse, fore. R. P. Nieberle fer. 3. post Dom. 19. Pent. n. I.

Noscitur ex socio qui non cognoscitur ex se.



267

Maria,

I.

Pent. n. III.

und honore  
~~...~~

swald

Pent. n. I.



268

Pro  
Se

Sp

Sen

Qu

Cal

Of

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca

Ca







270  
Lro Adm Hdo Pno Subpriori, et Novitio  
magistro.

Symbolum. Baculus pastoritius. Lema: castigat  
anando.

Epigramma.

Hoc Pastor pascit baculo, hoc castigat ovile  
Hoc vocat ad caulas, hocq; reducit oves.  
Hoc tua sunt: pascis, castigas. Et tamen omnes  
Solum amas. ne tu pastor es ipse bonus.  
Quid crepidatis oves tenero. convertite vultu  
Pastor acerbus amat: qualis amicus erit!



Carissime Dno &  
Caro Coloniensi, Venerandissimo.

...nisi tibi aucti, nihil  
...hi est, et voluntati.  
...magna nova hic  
...justi senilis Constantiensis  
...moribus ferrebat libellus  
...ita, et confirmata

a Paulo V. Sed hinc, inde verbis satis antiquis. Unde  
perpetua auctoritate novarum litterarum. Hoc anno 16. Julij inter  
utrumque Principem nova concordia facta Wila, verbis  
clarissimis, perpetuis Regis firmata est. In ipso tempore  
Rofari sumus in recreatione aera. 17. Julij Johanni ad  
per egressum, et literis propria manu scriptis evangelicis.  
ut nobis parum, diem recreationi advenit.  
Ego

et Avicenna  
Tasaphiga  
ligat ovile  
et oves.  
en omnes  
Bonus.  
lite, vult  
userit.



Et sequenti mane admodum ha-  
 bes pacificos, quos hifce  
 Nötterlegg scripsit. Et  
 martyrii proprio nomine  
 ad Solemnem Translationem  
 cantileas componerem. De  
 libris, nec nisi à musis de  
 musis pariter aucto.

Simpliciores pro populo, quas ad manus non habeo,  
 quia propinque Syris eundem, alia occasione transmittas.  
 Regius meus S. Josephus, de quo aliquando Carmen  
 de fortuna transmiseram, est in Novitiatu in Novis  
 nostre Congregationis ad Petram Bone Virginis.  
 Ut audis, magister ejus optimè ut eorū contentus est.  
 Hic



ad laudem ordinis. Habes jam  
 dispersas, quam duo  
 etiam vacillas. Eius  
 in 48. ordinis, et jam  
 mihi scripsit, si fratres  
 ad Bona sua Eulogiastica  
 et, non attento negotio  
 ad pauperibus, aut ad pios

casos legaret. Ego ad cinerem pereno

Intyalle 24. Julij  
 1748.

Plurim. Duda Helme  
 ac Carme Paternity vna

Confrater minus, et  
 humilij seruy S. Basilini  
 Balthasar Leuz Caply

in habeo  
 in hanc  
 in hanc  
 in hanc  
 in hanc  
 in hanc







275  
Ad  
Principes Paris.

Post tempestates, intentatasq; ruinas,  
Post tantas moles pinguis Oliva viret.  
Ut Princeps geminay plantatq; rigatq; fovetq;  
Ut mitis geminis cingit Oliva Caput.  
De Casimire loquor, De Coelestine profabor;  
Vestry consilijs fœdera Paris eant.  
Quod poterat longis nemo componere fœctis,  
Ad Paris vobis sufficit una Dies.  
Nunc scis regnandi sit vobis quanta' Potestas;  
Sicilicet Una Dies Integra Scita Tenet.

Stofan. 18. Julij  
1748.

Humillim. et obsequiosiss.  
Servus & Basilic. Dalkhofar  
indign. Serv. C. C. C.







Pro Domin: Palm:

Hic dixit X possum destruere Templum Dei X et post  
triduum X reedificabo illud.

testes et dixerunt.

Reus est mortis.

Respondentes dixerunt.

Prophetiſa nobis Christe X quis est X qui te percussit?

Responderunt dicentes.

Barabbam.

Illi dixerunt.

Crucifigatur.

dicunt omnes.

Crucifigatur.

clamabant dicentes.

Sanguis eius super nos X et super filios nostros.

populus dixit.

Ave Rex Judæorum.

ei dicentes.

Vah X qui destruis Templum Dei X et in triduo illud  
reedificas X salva temetipsum. X si filius Dei es X  
descende de cruce.

sua et dicentes.

Alios salvos fecit X seipsum non potest salvum fa-  
cere X si Rex Israël est X descendat nunc de cruce,  
et credimus ei. X confidit in Deo: X liberet nunc,  
si vult, eum; X dixit enim X quia filius Dei sum.

senioribus dicebant.

Pro Fer: III. M. Hebd:

Quoniam nos X audivimus eum dicentem: X ego dis-  
solvam X Templum hoc manufactum X et per tri-  
dum X aliud non manufactum edificabo.

eum dicentes.

Prophetiſa

et dicere ei.

Crucifige eum

clamaverunt.

Crucifige eum

clamabant.

Vah X qui destruis Templum Dei X et in tribus die-  
bus reedificas: X salvum fac te metipsum X descende  
de cruce.

et dicentes.

Alios salvos fecit X seipsum non potest salvum fa-  
cere X Christus Rex Israël X descendat nunc de  
cruce X ut videamus, et credamus.

scribis dicebant.



Pro feria IV M: H:

Chorus

Propheta + quis est, qui te percutit?

Si tu es Christus + Dic nobis.

Tu ergo + es Filius Dei.

Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus de ore eius.

Hunc invenimus + subvertentem gentem nostram, + et prohibentem tributa dare caesari + et dicentem se Christum Regem esse.

commovet populum + docens per universam Judaeam + incipiens a galilaea nego hic.

Solle hunc + et dimitte nobis Barabbam.

Crucifige + crucifige eum.

Alios salvos fecit + se salvum faciat + si hic est Christus Dei electus.

Si tu es Rex Judaeorum + saluum te fac.

erunt dicentes.

Suum dicentes.

autem omnes

illi dixerunt.

oculare dicentes.

Dicentes.

Turba dicit.

Proclamabant dicentes

eis dicentes.

et dicentes.

Pro Die Parasceves.

Chorus.

Jesum Nazarenum.

Jesum Nazarenum.

Si non es hic malefactor + non tradiderimus eum.

Nobis non licet + interficere quenquam.

Non hunc + sed Barabbam.

Ave + Rex Judaeorum.

Crucifige + crucifige eum.

Nos legem habemus + et secundum legem debet mori + quia filium Dei se fecit.

Si hunc dimittis + non es amicus caesaris + omnis enim + qui se Regem facit + contradicit caesari.

Solle + tolle + crucifige eum.

Non habemus Regem + nisi caesarem.

Noli scribere + Rex Judaeorum + sed: quia ipse dixit + Rex sum Judaeorum.

responderunt ei.

autem dixerunt.

dixerunt ei.

ei Judaei.

omnes dicentes.

et dicebant.

clamabant dicentes.

ei Judaei

Clamabant dicentes

autem clamabant

Contificas.

Judaeorum

Rex sum Judaeorum.

LF



279

San Guggu.




San Guggu  
IV  
M: 11



M.  
C. et  
Eg

280





20  
1070

281



282

N.  
Eg.  
Om

Ter  
Ue

ali  
R  
Se



Nr. usque ad caput Octavam fere omnia adverbia tantum semel in  
corothis sunt posita. Versus fractus.. 283

Ego lego prima, tu legis secunda, ille legit tertia.  
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.  
Ex hoc fiat pentametrum nihilo omisso.

Solutio

Tertia, ego, ille legit, lego prima, secunda legis tu.

Utile qui dulci miscuit, omne tulit.  
• hoc significat punctum.

Versus fractus ex Ovidio.

Aliis gentibus certo limite tellus data est,  
Romanae urbis spatium idem est et orbis.

Solutio

Gentibus est aliis certo data limite tellus,  
Romanae spatium est Urbis, et Orbis idem.

m



284

nes unum tantum ingenitum adstruens, nec Thales Milesius suo humido. 44. impari Pythagoras, nec suis atomis Democritus. 45. Nec suo sale, Sulphure, Philcurio, & terrâ damnatâ Chymici. sed 46. Cum Aristotele peripaterici tria in fieri formam & privationem, in facto dno materiam & formam asseverantes rectè judicant. Materia si Aristoteli & D. Augustino credis, non calor est, non frigus, non figura, non spiritus, sed id de quo hæc prædicantur. 48. Vera item & realis est entitas sed substantialis nec naturaliter, nec supernaturaliter apta existere sine forma sublimi. Omnes sine delectu formas appetit substantiales. Expers ortus & interitus naturalis. 50. Forma substantialis præter materiam in constitutione corporis naturalis, eaq; rectè definitur *minus corporis naturalis*. 51. Nec spiraculum vitæ, quod Deus inspiraverat in faciem hominum cælestes, & elementales educatæ e materia sunt. 52. Benè tamen reliquæ formæ materiarum genitorum. 53. Nec naturaliter, nec supernaturaliter duplex forma substantialis indivisibilem materiam informare potest: unde 54. Expulsio formæ veteris substantialis formæ substantialis est, & inimpedibilis non secundarius tantum. 55. Non dante præter animam forma corporeitatis, aut etiam formæ partiales ossis, nervorum & sint substantiales. 56. Neq; tamen forma substantialis est tota quidditas compositi Philosophi suum vinculum, qui in substantialiter unitis medium admittit ab extremis distinctum,

*Has Theses Deo duce auspice Dei parâ  
 & Patrocinate Sancto Martyre LANDELINO  
 Brisgoia, ac D. Ettonis Monasterij, vulgo Ettenheim-  
 münster dicti PATRONO SINGULARI,  
 Præside Admod. Reverendo P. Francisco Münzer,  
 Professo Benedictino Schutterano P. T. in D. Ettonis  
 propè S. Landelinum Monasterio Ord. S. Bene-  
 dicti Professore Philosophia post absolutum Philoso-  
 phia cursum.*

Die 8. mensis Januarij 1719.

ARGENTOR.









